



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

127. Sequestratio bonorum quando, & quomodo debeat fieri ab
Inquisitoribus? Et an sequestratio bonorum Hæreticorum absentium sit
facienda, vel contra Hæreticum defunctum? Ex p. 4. tr. 8. res. 86.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

RESOL. CXXV.

An quando Inquisitores revocant bona alienata per hereticum, teneantur ad pretium?

Et notatur primo Inquisitores, & eorum fiscum non posse revocare ea, quae alienaverunt heretici pro rebus necessariis.

Notaturque secundo quod Inquisitores tenentur ad restituendum meliorationes factas ab emptore, quando revocant rem alienatam ab heretico.

Et quid, quando emptor sciebat venditorem esse hereticum? Ex part. 4. tr. 8. Ref. 92.

§. 1. **R**espondeo negativè cum Scaccia de judic. lib. 1. cap. 98. num. 13. Simanca in cathol. insit. tit. 9. num. 27. & sequen. Zanchino de heret. cap. 27. num. 6. Azorio in 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8. Suar. de fide disp. 22. sect. 4. num. 9. Aragonio in 2.2. quæst. 1. art. 3. Valquez in 1.2. disp. 162. cap. 9. num. 7. & 8. & aliis, quos citant & sequuntur viri docti, Riccius & Sanctarellus, hic tract. de heresi, cap. 24. dub. 3. num. 5. ille in tract. de jure personarum, &c. lib. 5. cap. 38. num. 1. & sequen. quibus adde Ioan. Rojas in singul. 18. num. 3. & 4. ubi sic ait. Inquisitores quando revocant alienata per hereticos, non tenentur emptoribus ad pretium, sed si pretium, vel aliquid loco pretij inter bona hereticorum invenitur, vel in utilitate hereticorum pretium fuit conversum, in his casibus ab Inquisitoribus pretium restituendum est, aliis non. Ita Rojas, & hæc opinio procedit, etiam si per mille manus bona heretici alienata transierint, ut rectè advertit Scaccia ubi sup. n. 15. & Surdus de eis. 247. n. 11. Et ratio horum omnium est clara, quia si quis emat bona fide rem alienam, vel alteri obligatam, talis emptio nullo damno afficit verum dominum, vel alterum habentem hypothecam ad illam rem. Ergo cum Inquisitores & fiscus à die commissi criminis habeant dominium bonorum hereticorum, vel saltem habeant omnia bona illorum obligata, ut post sententiam declaratoriam criminis possint sibi vindicare illa bona, venditio postea illorum bonorum facta à delinquente non poterit in ulla re præjudicare Inquisitoribus & ejus fisco, nec erunt adstricti pretium restituere, alioqui venditio facta illis præjudicaret.

2. Notandum est tamen hic primò Inquisitores, & eorum fiscum non posse revocare ea, quae alienantur heretici pro rebus necessariis. Ita Gratianus in disceptat. forens. cap. 54. n. 15. Quemada in qq. fiscalibus, q. 7. n. 6. Bāñez in 2.2. art. 2. coroll. 1. Covarruvias in 4. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. n. 9. Sotus de iustit. lib. 1. quæst. 6. art. 6. conclus. 4. quidquid asserat Alciatus in l. post contractum, ff. de donat. n. 19. Vide etiam Burlatum conf. 14. n. 29. Beccium conf. 8. n. 7. & 8. & alios penes ipsos.

3. Nota secundo, Inquisitores teneri ad restituendum meliorationes factas ab emptore, quando revocant rem alienatam ab heretico: unde si quis emat domum, vicarium, &c. ab heretico, nesciens illum esse hereticum, & facit meliorationes in re emptæ, Inquisitores, & eorum fiscus tenentur illasolvere. Ita Garzias in de meliorat. cap. 6. n. 20. & pater ex l. in fundo, ff. de rei vindic. & ex l. divortio, §. impendia, ff. solut. matrim. Si verò emptor sciebat venditorem esse hereticum, tunc Inquisitores & fiscus tenenturolvere tantum melioramenta necessaria. Et ita Bartolus in d. l. fundo, num. 11. Menochius de recuper. rem. d. 15. n. 515. & constat ex l. domum, C. de rei vindic. quænam verò sint melioramenta necessaria, vide Ruinum lib. 1. conf. 157. n. 21. Rolandum à Valle lib. 1. conf. 28. n. 12. & Surdum de eis. 300. n. 4.

RESOL. CXXVI.

An Inquisitoribus liceat bona confiscata relinquere hereticis penitentibus?

Et an ad id teneantur Inquisitores? Ex part. 4. tract. 8. Ref. 44.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Paulus lib. 4. conf. 2. n. 184. Vmbert. Locutus in pract. Inquisit. ver. Inquisitor. num. 33. Ghislan. tract. de heret. quæst. 6. num. 1. 2. & 3. Decianus in tract. crimin. lib. 5. cap. 44. num. 2. Rollandus à Valle lib. 3. conf. 91. n. 24. Zanchinus de heret. cap. 25. num. 3. Zalvus lib. 1. conf. 23. num. 11. Et ita servari in universa Italia testatur Pagna in direct. Inquisit. part. 2. comment. 9. Imò Burlatus lib. 1. con. 14. num. 31. & seq. docet Inquisitores ad hoc teneri. Vide etiam Surdum conf. 386. & alios, quos citat & sequitur doctus Antonius Riccius in tract. de jure personarum lib. 5. cap. 41. n. 2.

2. Verum contrariam sententiam docent Didacus Cantero in quæst. crimin. cap. 1. de heret. num. 18. Io. Rojas singul. 26. num. 4. Conradus Brunus de heret. lib. 5. cap. 6. num. 10. & hæc opinio, quidquid sit de consuetudine aliorum locorum, servatur in nostra Hispania. Unde non gravabor hic apponere verba doctissimi Simancæ in cathol. insit. tit. 47. num. 15. ubi sic ait. Non solum publicam penitentiam agunt heretici qui ad Ecclesiam redeunt, sed etiam bona eorum publicantur, nec ea recuperare possunt, nisi Ecclesie gremio recipiantur. Quia in re Paulus Parisius & Petrus Rebuffus insigniter errare mihi visi sunt, donec competi eos, & alios quamplures luisperitos Italiane consuetudinem sequi, quæ cum sit vetustissima, & à Summis Pontificibus approbata, pro lege ab eis servanda est. In Hispania verò jura ipsa Pontificia & leges Regias sequimur, nec enim Inquisitoribus licere putamus. bona ipso jure confiscata relinquere penitentibus in dampnum fisci, cui videatur iam jus esse quæsitum. Ita Simanca, Igitur in sacro Tribunali S. Inquisitionis Hispaniæ, nemini hereticorum efficitur bonorum remissio, nisi tantum illi, qui sponte fatentur errores suos, quod tunc accedit, quando nullo metu probationis & testificationis ductus ad Inquisitores accedit, & misericordiam postulat, heretici suam integritate manifestando. Et ideo non gravabor hic apponere verba Instructionis Tolcanæ anno 1561. ubi n. 41. sic habetur. [Si el reo estuviere bien confitecido, y su confesion fuera con las calidades que de derecho se requieren, los Inquidiores ordinarios, y Consultiores lo recebiran à reconciliacion con confiscacion de bienes.] Sic ibi.

RESOL. CXXVII.

Sequestratio bonorum quando, & quomodo debet fieri ab Inquisitoribus?

Et an sequestratio bonorum hereticorum ab emisso sit facienda, vel contra hereticum defunctum? Ex part. 4. tr. 8. Ref. 86.

§. 1. **H**oc statuitur in instruct. Tolcanæ anno 1561. num. 6. ubi sic habetur. [El secreto de bienes se deve hazer quando la prision es por heregia formal, y no en otros casos que los Inquisidores pueden prender, en el qual secreto solamente se ponan los bienes, que se hallaren en poder de la persona que se manda prender, y no los que estovieren en poder de tergero possessor.] Sic ibi. Et ad ornatum supra

Et Potestate Inquisitorum. Ref. CXXVIII. & c. 463.

supradictorum verborum vide Ioannem Rojas de hereticis. part. 2. num. 46. ubi sic ait: Quando reus comprehenditur, & carceribus Sancti Officii mancipatur, statim fieri debet sequestratio bonorum illius, ne bona surripiantur, vel abscondantur, & penes aliquam personam idoneam coram Tabellione & executore ponantur, quæ persona eorum custodiam & curam habeat, & illa bona quæ servando servari non possunt, Inquisitorum mandato per custodem vendantur. Igitur in crimine hæresis debet procedere bonorum descriptio quæ est ad confiscationem præparatoria. Ita ille.

2. Rectè etiam in supradictis verbis dicitur: [El secreto de bienes se deve hazer, &c.] quæ sequestratio bonorum efficitur, ut dictum est, in ordine ad confiscationem; sed confiscatio bonorum non habet locum nisi in heretico confessio, vel legitime convicto; ergo non debet fieri nisi pro hæresi formalis, non autem in aliis casibus sapientibus hæresim, & ita docet Tabiena verb. hereticus num. 5. Repertorium Inquisitorum verb. confiscatio, vers. Item sciendum. Vmberius Locatus in praxi Inquisit. vers. bona hereticorum, num. 1. Sanchez in tract. de heret. cap. 25. num. 1. & cap. 18. num. 5. Cantera in qq. crim. rubric. de heret. cap. 1. num. 54. & alij. Vnde ex his rectè Rojas ubi supra num. 50. notavit bonorum sequestrationem, seu descriptionem non esse faciendam, quoties Inquisitores contra blasphemos, seu sortilegos procedunt, seu contra secundo dubitantes, &c. quia prædicti & alij similes propriè & verè non sunt heretici. Igitur bonorum descriptio, sicut & confiscatio, non debet fieri, ut optime dicta Instructio determinat, nisi pro hæresi formalis.

3. Notandum est etiam hic quod sequestratio bonorum non efficitur contra hereticum defunctum, propter rationem quam adducit Instructio Toletana supra dicta num. 61. ubi ita statuitur: [Aunque la probanza contra el defuncto sea bastante no se ha de hazer secreto de bienes porque estan en poder de terceros poseedores los quales no han de ser desposeídas hasta ser el defuncto declarado por herege y ellos vencidos en juicio.] Sic ibi.

4. Sed an sequestratio bonorum hereticorum absensium sit facienda, ita respondet Ferdinandus de Castro in op. mor. tom. 1. tract. 4. diff. 8. punct. 16. §. 3. n. 3. Bona absentium in tertium possessorum translata, licet de rigore iuris sequestrari non debeant, si tamen paulo ante citationem fuga præcessit, probatque facile possunt quæ bona sint, sequestrari debent. Sic responsum fuit à supremo Senatu Inquisitionis Inquisitoribus Gallicæ anno 1620. At sit fugit reus tempore quo captura exequenda erat, sequestrantur bona pro derelicto habita, vel quæ in potestate uxoris & filiorum reperiuntur, quod si hæc discerni non possunt, sequestrantur omnia quæ in ejus domo reperiuntur, quia omnia illa esse fugitivi præsumuntur. Hæc Castus, quæ sunt valde notanda.

RESOL. CXXVIII.

An bona hereticorum confiscata applicentur Inquisitoribus?

Et an bona Clericorum sive mobilia, sive immobilia, quæ ob ipsorum hæresim publicantur applicari debeant sisco Regio, vel sisco Ecclesie? Ex part. 4. tract. 8. Ref. 43.

Sup. hoc inf. §. 1. **R**elicta consuetudine aliorum locorum, assero quod in Hispania omnia bona hereticorum applicantur sisco Regio, quia Rex noster columna

fidei Inquisitoribus, & eorum ministris abundè suppeditat quicquid necessarium est ad conservationem S. Inquisitionis, & ex suo patrimonio quando opus est erogat, & ita ex Ignatio Lopez testatur Antonius Sanctarellus de heresi cap. 23. dub. 1. num. 3. Torreblanca de magia lib. 3. cap. 11. num. 41. Lorca ubi infra. Simanca in cathol. instit. tit. 9. num. 132. & alij. Vnde in instruct. Thomæ de Torquemada anno 1484. n. 10. sic habetur: [Los hereges y apostatas pierden todos sus bienes desde el dia que cometen tal delito, y los dichos sus bienes, y la propiedad dellos son confiscados, y aplicados a la camera y fisco de sus Altezas.] Sic ibi, quæ consuetudo procedit non solum quoad laicos, sed etiam quoad Clericos. Vnde licet attento jure Canonico bona Clericorum publicata, sint deferenda sisco Ecclesie, ut probat Covarruvias lib. 2. var. cap. 9. num. 12. Attamen in Hispania bona Clericorum, sive mobilia, sive immobilia, quæ ob ipsorum hæresim publicantur, applicantur sisco Regio, quam praxim testatur & approbat Covarruvias ubi supra. Sanchez in summa. tom. 1. lib. 2. cap. 20. n. 26. & Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regul. resol. 73. n. 14. quibus ego addo Cenedum, Azevedum, Salzedum, quos citat & sequitur Barbosa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 7. cap. 13. n. 8. & Lorca in 2.2. q. 11. art. 4. diff. 46. memb. 1. num. 6.

RESOL. CXXIX.

Ansi Inquisitores non servant sententiam in hereticum, teneantur restituere aliquid Principi seculari, ad quem pertinebant bona confiscata dicti heretici?

Et ex doctrina hujus questionis inferitur, an reus legitime interrogatus, negans veritatem, falsisque testibus se defendens, non teneatur poenam restituere, qua damnandus erat? Ex part. 4. tract. 8. Ref. 108.

§. 1. **H**ic casus ponitur & resolvitur à docto Emanuel de Valle de Moura opus de ensalz. incant. sect. 3. c. 1. n. 35. ubi sic ait: Si obiter quæras, an si Inquisitor extra tempus gratiæ & à fortiori in illo, vel Episcopus data opera hereticum poenitentem recipiat ad Ecclesie gremium, sive convictum aliqui, sive media tantum illius confessione, nullam interim sententiam directe ferendo, sed admissa confessione & abjurazione in forma cum è carceribus remittendo, an inquam, teneatur restituere Principi seculari quantum sibi intererat sententia, qua non lata bona confiscata ad se nequeunt pervenire, & quam iudices Ecclesiastici ferre tenentur? Respondetur negativè, quia jus quod fiscus Principis ad hereticorum bona acquirit, est remotum, & quasi per accidens, seu quasi ex hypothesi, si nempe delinquentes in effectu per iudicem competentem sententia prolata condemnentur: ergo Princeps nec habet jus commutativum, ut ea sententia proficatur, nec cum contra iustitiam lædit, qui illam illicitè contra quamcumque virtutem impedit. Ita Emanuel, & ego. Vnde puto quod reus legitime interrogatus negans veritatem, falsisque testibus se defendens, non tenetur poenam restituere, qua damnandus erat, quia actor non habet directè jus ad poenam, sed indirectè & per accidens, media iudicis sententia. Et ita contra Sotum de just. lib. 1. q. 6. art. 9. Castr. de leg. part. lib. 2. c. 12. Molinam de just. to. 1. r. 2. diff. 95. tenet Aragon, Banez & Salomus in 2.2. D. Th. q. 62. art. 3. & Doctores quos citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 10. diff. 8. n. 14.

147. signat. 147. 5. Suppono tertio.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 106. §. ult. & in Ref. 107. §. tertio. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 31. §. 1. et 2. & in Ref. 34. §. 2.

Sup. hoc leg. doctrin. duarum primarum rel. ann. præterit. per totas, & signanter ex Ref. 2. §. 1. & §. Ex quibus.